

# Mythologia, Venise, 1567 - II, 10 : De Pluto

**Auteur(s) : Conti, Natale**

**Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X**

*Ce document a pour résumé :*

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[19\] : De Pluto](#)

---

**Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre II**

[Mythologia, Francfort, 1581 - II, 10 : De Pluto](#) est une version augmentée de ce document

---

**Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre II**

[Mythologie, Paris, 1627 - II, 11 : De Plute](#) est une transformation de ce document

---

**Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre II**

[Mythologie, Lyon, 1612 - II, 10 : De Plute](#) est une transformation de ce document

---

## Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

## Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - II, 10 : De Pluto, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 14/02/2026 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/812>

Copier

## Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ),  
Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination56r°-56v°

## **Des dieux, des monstres et des humains**

Entités mythologiques, historiques et religieuses[Plute](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

---

**P**lutonē sapientes antiqui vim ac naturā esse terræ crediderunt, quāvis il-  
li diuitiarum etiam nonnulli tribuerint imperium. At Pluto, nemo  
est quin omnibus suffragiis distribuendarum diuitiarum munus concess-  
sum esse sciat: quem Cerere & Iasione natum commemorauit Hesiodus in  
Theogonia;

*ἀμφὶ τὴν γῆν ἀλοῦται Ζεύς τε καὶ Πλούτων  
Ἰασίῳ ἄρσιν ἔχοντι ἱερῶν φειδύοντι.*

Alma Ceres Plutū peperit coniuncta in amore  
Iasio Heroi Cretes in diuite regno.

10

Theocritus in tertia Aegloga significasse videtur dormientem Iasionem  
fuisse à Cerere adamatū, cum illum inter eos commemorauerit, qui dor-  
mientes à Deabus adamati fuerunt; ut est in his;

*ἔδαρται μὲν ἱππὸς, ὃς οὐδ' ὄρνυται ὅτις οὐκ ἴασιος  
Ἐνδυμίων, ἔδαρ δὲ φειδωλὸς Ἰασίων.*

Endymiona velim sopitum posse profundo  
Somno imitari, sum simul æmulus Iasioni.

Hunc Deum cæcum esse tradiderunt, & cuiusmodi ab Aristophane in co-  
mædia introducitur: quod pallus est à Ioue propter inuidiam: cum antea dū  
acutissime videret, ad viros bonos tantum accederet, multiq; flagitiosi ho-  
mines rerum necessariarum inopia perirent, ut ex his carminibus indicatur;

20

*ἔφωσ' ἐν πύλῃσι δ' ἄρα τινος ἀνθρώπου φθιόντος.  
Ἐγὼ γὰρ παρὲς αὐτὸν ἀνέστην' ἔτι  
ὅς τις εὖ διαγίνοιται καὶ τοφίῳ καὶ κερταῖς  
Μένει βαδίζων. ἰδὲ μὲν ἔκρινεν τοφίῳ,  
ἵνα μὴ διαστρατεύεται τοῦ τινος μεδίον.  
ὅς τις ἰκνύται πύλῃσι χρεσύνει φθιόντι.*

Hic Iupiter me affecit inuidens viris.

Puer minatus ipse quod sum, me fore

Solis bonis, solis viris prudentibus

Domesticum: tunc ille me cæcum facit:

Ne quem bonum, ne quem malum dignoscerem.

Sic is bonis, sic inuidet prudentibus.

30

Hunc eundem Deorum omnium timidissimum finxerunt antiqui, sicuti te-  
statur est Euripides in Phœnissis;

*Δηλὰ δ' ὁ Πλούτων, καὶ φιλόδουχ' ἀκαλῶς.*

Plutus timidus, vitæ suæq; amans malum.

Quare ad hoc festiuè sanè alludit is poeta qui inquit;

nocte iter ingressus gladium, contumque timebis,

Aut mortis ad lunam trepidabis arundinis umbram.

Cantabit vacuus coram latrone viator.

40

Hunc Deum esse minimè cæcum exillimauit Theocritus cū dicat; *τοφίῳ δ'  
οὐκ ἔστιν ὁ Πλούτων.* cæcus non ipse Plutus. Sic etiam Plato in primo de Legibus  
scribit Plutū non solum non esse cæcum, sed etiam acutissime cernere;  
*ὅς τινος δὲ δὲ πλεόντες, οὐ τοφίῳ, ἀλλ' ὅς τις βλέπων, Ζεὺς δ' ὁ τινος φθιόντι.* Quar-  
tum autem Plutus, non cæcus, sed acute videns, quæ prudentiæ sunt adiun-  
cta. Hic Plutus Deus esse creditus est à nonnullis, maioriq; honore cultus,  
quam Dii ceteri; ut scripsit Theognis;

50



# Mythologia.

ὅτι καὶ τὸν ἑαυτοῦ ἀποτίθειν ἐν μάλῃ  
 ἔχοντα τὸν καὶ τὸν φέρει.

Num merito coluere viri te maxime Plute?  
 Nequitia facile est pondera ferre tibi. Et alibi;

Plutus ὁ τὸν καὶ τὸν φέρει, καὶ τὸν φέρει  
 τὸν καὶ τὸν φέρει.

Optime cunctatum Plute & dulcissime rerum,  
 Vel prauus, tecum vir bonus esse ferar.

- Filiam habuit Eurybeam, de qua meminit Apollodorus lib. 1. Bibliothecæ.  
 10 Sed insulfus est omnino qui Plutum aut fuisse Deū, aut fuisse aliquid omni-  
 no putarit: qm̄ antiqui singulis animorum motibus pprios Deos pfecerunt,  
 ne quid diuina pudentia nō gubernari crederetur. Nunc quid hęc significet  
 pquiramus. Plutus ē Cerere & Iasione natus esse dī, qm̄ opes ē pradiorū  
 prouentu, & ex agricolarum diligentia nascuntur. Est aut dictus Iasione  
 siue a medendo, quia Ceres medetur inopix mortaliū. Quod plu-  
 tus factus est cæcus a Ioue, qm̄ viris bonis Iupiter inuideret, quid hoc tam  
 scelestum & impium facinus significat? an potest bonitas diuina impuria  
 fauere, ac malos persequi? Cum Iupiter sit fatum, & vis illa mentis diuinæ,  
 quæ res humanas gubernat, cum modo hoc, modo illuc facultates pro arca-  
 20 no & inexplicabili Dei iudicio transferat, arbitrati sunt nonnulli illud te-  
 merē fieri, quare cæcum diuitiarum Deum esse dixerunt. Hoc autem ita ac-  
 cidit, quia diuitiarum possessio illis solum concedebatur, qui vel ingenio,  
 vel robore, vel aliquo virtutis genere præstarent ceteris, sicuti testatur Lu-  
 cretius libro sexto;

Et pecudes, & agros diuisere atque dedere  
 Pro facie cuiusque, & pro viribus, ingenioque.

- Deinde cū multitudo hominū creuisset, auctaq; fuisset singulorū audacia &  
 inertia, leges laxæ sunt, prædia singulis assignata, & certi agrorū termini sta-  
 tuti. Inde rapine, latrocinia, rerū alienarū direptiones inceptæ. Cū igitur alii  
 30 pro cōparadis opibus nulli labori parcerent, nullumque periculum deuita-  
 rēt, quibus tamē repugnante fortuna nihil cōmodi accidebat, aliis cōtra om-  
 nia succederēt feliciter, nūc cæcam fortunā, nūc cæcum diuitiarū Deū appel-  
 larūt. Atque ita ficta est fabula, q̄ cū Plutus antea fuisset perspicax, Iupiter  
 viris bonis, ad quos prius solos accedebat, inuidit; & idcirco illū cæcū fecit,  
 qui nullo postea delectu ad quosuis accedere coactus est. Vulgus enim mor-  
 talium ea quæ fiunt, quorum certam causam non videant, non quidē diuina  
 prouidentia gubernari, sed fortuito accidere arbitrantur. Tantus honor po-  
 stea diuitiis accessit, vel quod illæ nō sine prudentia & industria parari cœ-  
 40 perint, vel quod multa commoda humanæ vitæ præberent, vt Plutus nullo  
 Deorum fuerit habitus inferior. Nunc verò virtus omnis, & scientia, & pro-  
 bitas sanctissimæ diuitiarum Maiestati cedere cogitur: maioremque hono-  
 rem obtinet is, qui largiri potest cum libeat, quamuis sit amens, & sicarius,  
 & latro; quàm prudentissimus quisque, & integerrimus, & qui multa bene-  
 ficia in omnes ciues suos contulerit.